actu ꝙ cū nō eſt ꝯiuncta . ergo ſi malum eſſet obie-
ctum li.ar.ſm ꝙ liberū.ergo inſufficienter diffiniret
ab anſel.cum dicit ptās ſeruandi rectitudinē. Si tu
dicas ꝙ bonū eſt obiectum ꝑ ſe.⁊ maluꝫ ꝑ accidens.
hoc non ſoluit.qꝛ nō ſufficienter diffinit medicinam.
qui dicit eam eſſe ſcientiam ſani.niſi addat eius op-
poſitum.licet medicina ſit ſcia ſani ꝑ ſe.⁊ egri ꝑ acci-
49 dens. Rᵒ.dōm ꝙ de li.ar.eſt loqui dupliciter. Aut
ſm cōem rationem ſm quam repit in creatore et in
creatura.⁊ ſic obiectum eius eſt bonum ⁊ equuꝫ.ma
lū vo nō eſt obm niſi ꝗs dicat hoc eſſe obm. quia li.
ar.illud reſpuit ⁊ deteſtat . Hic autē vocat obiectū
illud qd intendit li.ar.ꝑ actum ꝓpriuꝫ ſiue qd efficit.
Alio modo ꝯtingit loqui de li.ar.ſm ꝙ repit in crea
tura.et ſic eſt loqui de ipſo dupliciter. Aut inq̄tuꝫ li-
berū.aut inq̄tum deficiens. Si inq̄tum liberum.ſic
natum eſt exire in actum equitatis ſuſceptibilem et
equitate informatum. Si aūt loquamur de ipſo inq̄-
tum deficiens.ſic liberum ar.inq̄tum liberum arbi-
trium pōt ⁊ exit in actum deliberatiuuꝫ. qꝛ deficiens
exit in actum deformatum.⁊ ita malum. Sic ergo patꝫ
ꝙ li.ar.ſm ꝙ liberū eſt habet obm bonū. ⁊ exit in bo
nū nō in malū.ſicut rationes ad primā partem indu
ete oſtendunt. Nihilominus tm̄ inq̄tum cum liber-
tate habet defectibilitatem pōt in malū. ita ꝙ mali-
cia non eſt obiectum li.ar.nec a li.ar.ſm ꝙ liberum.
ſed ſm ꝙ deficiens.actus aūt ſubſtratus cum ſit deli
beratiuus exit a libero ar.ſm ꝙ liberum.et per h̄ pa
50 tet reſponſio ad primum obiectum. Qd aūt obij-
cit ſolis operibꝰ li.ar.deberi laudem ⁊ vituperiuꝫ.hoc
non ſolum verum eſt de his que li.ar. reſpiciunt ſm
ꝙ liberum.ſꝫ etiam ſm ꝙ defectiuum.ſic tm̄ opus ab
eo veniens eſt vituperio dignū ratione deformitatis
que nō habet cauſam efficientem ſed deficientem. ſic
51 infra manifeſtabit. Ad illud qd obijcit ꝙ li.ar. de
ſe eligit malum.dōm ꝙ et ſi ſufficiat ad eligendū ma
lū ꝓ eo ꝙ facilius eſt deficere q̄ ꝓficere.nō tm̄ ad illd
ordinat principaliter.quoniam hoc nō ꝯuenit ei ſm
nature ꝓprie cōplementū.ſed potius ſm ꝓprie natu
re defectū. Preterea ⁊ ſi de ſe eligit malum.nunq̄ ta-
52 men eligit malum niſi inq̄tum apparet bonū. Ad
illud qd obꝛ ꝙ rationales poteſtates ſunt ad oppoſi
ta.dōm ꝙ et ſi verū ſit in rōnalibus poteſtatibus de
fectibilibꝰ ⁊ creatis.nō tamen verū eſt in rōnalibꝰ po
teſtatibus in quibus nō poteſt eſſe defectꝰ. Abſit eñ
ꝙ illud phicum verbū ſit verū. quo dicit ꝙ deꝰ pōt
praua agere.hoc eñ eſt ꝯtra veritatem ⁊ contra au-
guſ.ſicut in.j.li.oſtenſum fuit.et inferiꝰ ſuo loco oñ-
det. Qꝛ eñ dicunt rationales poteſtates eſſe ad op
poſita.hoc non eſt qꝛ ſunt rationales. ſed qꝛ ſunt de-
ficientes.maxime ſi in eius oppoſitis intelligat.q̄rū
vnū eſt priuatio alterius.ſicut ſe habet bonū ⁊ malū.
⁊ ita ex hoc non ſequit ꝙ liberū ar.ſm ꝙ liberū poſ-
53 ſit ad malum. Ad illud quod obꝛ ꝙ li.ar.ſeipō po-
teſt in malum.dōm ꝙ et ſi ſeipſo poſſit.nō tm̄ poteſt
ſeipſo ſufficiente ſed potius ſeipſo deficiēte.ſeipſo.n.
poteſt deficere.nec oportet aliquid aliud interuenire
ad hoc ꝙ exeat in malū.

Queſtio.iiij. k

De li.ar.in compatione ad aliud agens creatum. Et
eſt queſtio.vtrum li.ar.ab aliquo agente creato poſ-
ſit cogi: Et ꝙ ſic videt. Tam dam.q̄ phs dicunt ꝙ
quedā ſunt opationes ꝑtim volūtarie.ꝑtim inuolū-
tarie.et q̄dā mixte ex volūtario.⁊ inuolūtario.ſicut ia

Neganda pars

ctare merces in mare.⁊ ſimilia. Si igit inuoluntariū
eſt illud qd eſt ꝑ violentiā.aliquas opationes exeun
tes a li.ar.contingit ꝑmiſceri violentia.ergo ſi cōtin-
git magis ⁊ minus ꝑmiſceri.ꝯtingit eas ſimplicit eē
inuoluntarias ⁊ coactas.ergo li.ar.cogi pōt in actione
ſua. Item maior virtus pōt inferre violentiaꝫ mi
nori.ſed qd pōt inferre violentiā pōt compellere.er-
go minor virtus a maiori poteſt compelli.ſed aliqua
virtus potentior eſt li.ar.viatoris.vtpote angeli.er-
go ſaltem ab angelo li.ar.noſtrū poteſt cogi. Iteꝫ
ſi aliqua virtus pōt impediri ab actu ſuo. poteſt vio
lētari.⁊ ſi ſufficienter pōt impediri.ſufficiēter pōt vio
lētari.⁊ ſi ſufficient pt violētari pt cogi. cū igit li.ar.
ab actu ſuo ⁊ vſu impediri poſſit.ſicut pꝫ ꝙ dyabolꝰ
pōt auferre vſum li.ar.⁊ facere furioſum.ergo videt
ꝙ ab eo li.ar.noſtrū poſſit compelli vel cogi. Iteꝫ
quando radius eſt iunctus aque.mota aqua neceſſe
eſt moueri radium.ſed multo maiori vinculo coniū
gitur anima corpori q̄ ꝯiungat radius aque. ergo mo-
to corpore neceſſe eſt moueri affectus aīe. ſi igit aliq̄
virtus creata pōt corpus tranſmutare.poterit ꝑ cō-
ſequens li.ar.vertere et compellere ipſo nolente.
Item ſicut ſe habet intellectus ad verū.ita ſe ha-
bet affectus ad bonū.ſed intellectus compelli pōt ad
credendū aliquod verum.ergo ⁊ affectus ad amanduꝫ
bonū.ſi ergo liberū ar.nō dicit aliud q̄ rationē ⁊ vo
luntatem.videt ꝙ et ipſum compelli poſſit ꝑ actio-
nem alicuius agentis creati. Item agens creatuꝫ
ſua actione poteſt li.ar.cogere coactione inducente.
que eſt diſpoſitio reſpectu coactionis ſufficientis. ſꝫ
diſpoſitio ꝑ frequentem ſui iterationem et intenſio-
nem poteſt fieri neceſſitas.ergo videt ꝙ ſi voluntas
poſſit cogi coactione inducente.ꝙ ꝓceſſu temporis
compelli poſſit coactione ſufficienti ꝑ actionē alicu-
ius creature. Sed ꝯtra. Bern̄.de li.ar. Voluntas
pro ingenita ſui nobilitate nulla cogit neceſſitate. ſi
igit voluntas a nemine poteſt cogi.⁊ hoc non eſt ob
aliud niſi ꝓpter li.ar.libertatem. ergo li.arbi. a nulla
creatura poteſt cogi. Item ſi aliqua creatura poſ-
ſet li.ar.hominis cogere.hoc maxime competeret ipſi
dyabolo.de quo dicit Iob.xl. Non eſt poteſtas ſuꝑ
terram que ei poſſit compari.ſi ergo dyabolus li.ar.
nrm̄ nō pōt cogere.qꝛ tunc faceret nos continue pec
care.videt ꝙ nulla alia creatura poſſit ipſum coge-
re. Item nulla maior compulſio poteſt fieri li.ar.
hominis q̄ ꝑ cōminationem mortis. ſed mortis cō-
minatio ad compellendū li.ar.nō ſufficit ſicut patet
in martyribus.ſanctis.⁊ alijs.ergo a nulla creatura po-
teſt compelli. Itē ſi li.ar.eſt ſm id quod eſt ſupre-
mū in anima.cum ipſius ſit regere ⁊ mouere omnes
potentias.ſed eo qd ſupremū eſt in anima.ſolus deꝰ
maior eſt.ergo nulla creatura poteſt ſuꝑ illud. nulla
igit creatura poteſt in hominis liberuꝫ ar. compel-
lendum. Rᵒ.ad predictoꝝ intelligentiam eſt notā 54
dum ꝙ eſt loqui de li.ar.q̄tum ad actum exteriorem
et q̄tum ad actū interiorē. ſiue q̄tū ad actū ꝓpriū.⁊
q̄tum ad actum alienū. Si loquamur de li.ar.q̄tuꝫ
ad actum exteriorem.ſic reſpectu talium actuum po
teſt interuenire coactio.poteſt eñ quis compelli vt
genua coram ydolo flectat.⁊ vt manibus ꝓprijs thu
ra altaribus imponat vel incēdat. Si aūt loquamur
q̄tuꝫ ad actū interiorē.qui.ſ.eſt velle vel eligere aut
ꝯſentire.ſic reſpectu talis actus poteſt li.ar. aliq̄ mo
do induci.poteſt ⁊ impediri.ſed nullo modo poteſt

compelli. Induci quidem poteſt.quoniaꝫ amat ali-
ud a ſe.⁊ quod infra ſe eſt. Unde ꝑ obliuionem alicꝰ
rei amate vel ablationem pōt induci ad ꝯſentiendū
in aliquid multum efficaci ꝑſuaſione.ꝑ quē moduꝫ
ydolatre tētabant ſanctos martyres ꝯſentire in ydo
latria.mō ꝓmittendo delectabilia.mō infligēdo tri-
ſtia. Iſta tamen inductio longe diſtat a coactione ſi
cut ꝓbat ipſe exitus.qꝛ nec blandimentis allici.nec
tormentis terreri adeo potuerūt vt a veritate iuſticie
mutarent.et ſic li.ar.induci poteſt.qꝛ amat aliquid
infra ſe.vtpote vitam temporalem vel aliq̄d cōſimi
le quod poteſt agens creatū ꝯferre vel auferre. Po-
teſt etiam impediri ꝓpter inclinationem ⁊ coniuncti
onem ſui ad corporalem naturam.que ſubeſt virtu
ti creature.vnde bene poſſet aliquis alium ita lede-
re ꝙ vſum li.ar.amitteret.ex hoc tamen li.ar.nō co-
geret. Coactio eñ ponit li.ar.actum ⁊ vſum. ſed li-
gatio vel impeditio tollit. Et iterū impeditio ꝓueni
re poteſt ab inferiori.coactio ꝓuenire habet a ſupe-
riori.hinc eſt ꝙ li.ar.et ſi poſſit induci ab agente cre
ato ratione boni exterioris amati.⁊ poſſit impediri
ratione coniuncti corporis.non pōt tm̄ cogi reſpectu
actus ꝓprij. Hanc eñ dignitatem habet li.ar. vt in-
quātū liberum ſoli deo ſit ſubiectum. ⁊ qꝛ inquantū
liberum nulli agenti creato ſubeſt.cum coactio ſit a
ſuperiori.nullum agens creatum poteſt ipſum coge
re. Unde ꝯcedende ſunt rationes hoc oſtendentes.
56 Ad illud aūt quod primo obijcit in ꝯtrarium ꝙ
eſt actio mixta ex voluntario et inuoluntario. dō. ꝙ
illud intelligit de actione exteriori.⁊ q̄tum ad illam
poteſt interuenire coactio. Preterea intelligit ibi de
inuoluntario ꝓut dicit inuolūtarium ꝑ violentiaꝫ.
non inquā ꝑ violentiam coactionis ſufficientis ſed
57 ſolum inducentis. Ad illud qd obijcit ꝙ maior vir-
tus poteſt violentare minorem iaꝫ pꝫ rñſio.qꝛ q̄tū
ad libertatis dignitatem.ſicut oſtenſum fuit in pri-
mo ꝓblemate.omnes creaturas rationales habent
equalitatem.nec vna nata eſt ſm iſtam ꝓprietatem
in alteram agere.et ꝓpter hoc nec alteram violenta
re nec cogere. Cum eñ dicit ꝙ maior virtus pōt vi-
olentare minorē.hoc veritatem habet ſi ſm ꝙ maior
58 eſt nata ſit agere in minorē. Ad illud qd obꝛ ꝙ li.
ar.poteſt in ſua actione impediri.dōm ꝙ verū eſt.tm̄
ex hoc non ſequit ꝙ poſſit cogi. Impedimentū eñ
priuat actū libertatis.ſed coactio ponit actū li.arbi.
⁊ ſimul cum hoc ponit ꝙ non ſit libertatis. ⁊ iſta ſūt
incompoſſibilia.ſicut ſi poneret aliquis actꝰ eē vo-
luntatis ⁊ non eſſe volūtarius. et melius videbitur
59 infra.et iō ratio illa non cogit. Ad illud qd obijci
tur ꝙ aqua mota neceſſario mouet radius ei con-
iunctus.dōꝫ ꝙ non eſt ſimile.ꝓ eo ꝙ radij multipli
catio eſt naturalis.nec poteſt lux ſeipſam nō multi-
plicare cum inuenit materiam ſibi aptā.et ſicut mul-
tiplicatio radij eſt naturalis. ita ⁊ reflexio eius eſt
naturalis et repercuſſio.et ꝓpterea cum aqua mo-
uet. Alio modo ſuſcipit radiꝰ.iō neceſſe eſt ipm alio
modo reflecti.liberum autem arbi.ꝓceſſ corpori cū
in ſuum actum voluntarie exit.⁊ ſeipō eſt ꝓprij actꝰ
variatio.nō ex hoc ꝙ aliqua fit mutatio in corpore
60 coniuncto. Ad illud qd obijcit de compatiōe in-
tellectus ad verum.⁊ affectus ad bonū.dōm ꝙ et ſi
aliquo modo ſit compatio conſimilis. nō tamen eſt
oimoda ſimilitudo.qm̄ ſicut oñſum fuit ſupra li.ar.
plus ſe tenet ex parte motiue q̄ cognitiue.⁊ ideo co

actio plus repugnat affectioni q̄ repugnet cogniti-
oni.⁊ ꝓpterea non ſequit ꝙ ſi intellectus poteſt co-
gi ꝙ ⁊ affectus. Ad illud qd obr ꝙ poteſt induci. 61
dōm ꝙ et ſi inductio videat eſſe quedaꝫ coactō. ma
xime ſm humana iura que dicunt ꝙ illud qd fit cū
metus non eſſe habendū ratum.maxime de eo me-
tu qui poteſt cadere in conſtantē virū.ꝓ eo ꝙ cōſide-
rant exteriora opa.ſm veritateꝫ tamen iſta inductō
ſtat cum libertate voluntatis.nec ei repugnat in ali
quo.ſꝫ potius repugnat plenitudini amoris ⁊ volū-
tatis. Non eñ ita plene vult aliquis quādo vult ex
inductione ſicut quando vult abſolute. ſicut pꝫ de
iactatione merciū in mare.nihilominus tamen ſal-
uatur ibi rō libertatis ⁊ voluntatis.vnde talis me-
tus apud deum non excuſat a culpa.ſicut apte patꝫ
in negatiōe a petro facta.⁊ ꝓpterea non ſequit ꝙ ſi
poſſit a creatura induci ꝙ poſſit cogi. Nec valet qd 62
obijcit de diſpoſitione que habet fieri nec̄cītas ꝑ ite-
rationem.hoc eñ verum eſt reſpectu virtutis natu
ralis.⁊ actus q̄ determinat ad vnam differentiā cō-
trarietatis.non aūt verum eſt reſpectu voluntatis q̄
abſoluta eſt.⁊ quantum eſt de ſe vertibilis eſt. Prete-
rea illud locum habet in eo genere diſpoſitionis que
eſt eiuſdem generis ⁊ ꝓprietatis .vt eſt diſpoſitio ꝓ-
xima ⁊ remota.ſic aūt nō eſt in ꝓpoſito vt oſtenſuꝫ
eſt ſupra.⁊ ſic patent obiecta.

Queſtio.v. l

De li.ar.in compatōne ad mouens primū.ſ.ad ipm
deum. Et eſt queſtio.vtrū li.ar.poſſit a deo cogi: Et
ꝙ ſic videt Luce.xiiij. Exi in vias et ſepes et compel
le intrare vt impleat domus mea.ſi ergo in domū dei n̄
contingit intrare niſi ꝑ vſum li.ar.⁊ dominus intra
re compellit.videt ꝙ li.ar.cogit. Item Iob.vj.
Nemo venit ad me niſi pater traxerit illum. ſed ad
chriſtum non itur niſi ꝑ libe. ar.actum.ſi igit li.arb.
non venit ad filium niſi trahat a patre.⁊ tractus eſt
motus violentus.ſicut dicit phs.li.ar.a deo violēta-
tur ⁊ cogit. Item ꝓuer.xx. Sicut diuiſiones aq̄ꝝ
ita cor regis in manu domini.quocūq; voluerit incli
nabit illud.ergo ſi li.ar.inclinatur ad vnam partem
ꝯtradictionis.quantūcūq; ad illam inclinet. deꝰ po-
teſt ꝑfecte facere ꝙ velit oppoſitum. ergo poteſt cogere
li.ar.ad volendum. Item omnis creatura eſt in
ꝑfecta obedientia reſpectu creatoris.ergo ſi li.ar. aliq̄d
creatum a deo eſt.neceſſe eſt ipm eſſe in ꝑfecta obedi
entia reſpectu dei.ergo ſi aliqua virtus poteſt a deo cō-
pelli.poteſt ⁊ virtus li.ar.ſꝫ deꝰ de alijs creaturis pōt
facere ꝯtra ꝓpriam naturā.ergo ⁊ de li.ar.pōt facere
ꝯtra ꝓpriam libertatē.ergo pōt ipm compellere.
Item plus pōt facere li.ar.diuinū ſuꝑ humanuꝫ
q̄ poſſit li.ar.humanū ſuꝑ aliquod brutum. ſed ho-
mo poteſt aliquod brutum cogere ad aliquam ope-
rationem inferendo ſibi violētiam. ergo multofortı-
us virtus increata pōt cogere voluntatē noſtram.
Sed ꝯ.Aug.ſuꝑ Gen̄.ad lrām. Tam nō pōt deꝰ
facere ꝯtra naturam quam bonā inſtituit.q̄ nō pōt
facere ꝯtra voluntatē ſuam.ſi igit deus voluntarie li.
ar.dedit homini.impoſſibile eſt eñ de li.ar.facere cō-
tra inditā ſibi libertatē.ſed ſi ipſum cogeret.ꝯtra eiꝰ
libertatem faceret.ergo li.ar.cogi a deo eſt impoſſibile.
Itē aug.xix.de ci.dei. Illud ē vnicuiq; rei natura
le qd de ipſa facere diſpoſuerit oipotētis volūtas . ergo
ſi nullum naturale eſt ꝑ violentiam.nihil quod facit
deus eſt violentū.ſi igit omnis coactio eſt ꝑ violen-

Neganda

Concedenda pars